Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



·I· Re

Et abiit spe et secuti sunt eum co-
ad achis filium maoch regem geth.
Habitauit dauid cum achis in geth.
spe et uiri eius et domus eius dauid
et due uxores eius achinoem iezra
helitis et abigail uxor nabal carme
li. Et nunciatum est saul quod fugisset
dauid in geth et non addidit ultra
quere eum. Dixit autem dauid ad
achis. Si inuenem gratiam in oculis tuis
detur mihi locus in una urbium
regionis huius ut habitem ibi. Cur
enim maneat seruus tuus in ciuitate
regis tecum? Dedit itaque ei achis
in die illa sicelech. Propter hoc fa-
cta est sicelech regum iuda usque in
diem hanc. Fuit autem dies quibus
habitauit dauid in regione
philistinorum quatuor mensium. Et
ascendit dauid et uiri eius et age
bant de geesuri podas et de geezri
et de amalechitis. Hi enim pagi hi
tabantur antiquitus intra eunti
bus sur usque ad terram egypti et pen
tiebat dauid omnem terram nor
nec reliquebat uiuentem uirum et
mulierem. Tollensque oues et boues
et asinos et camelos et uestes reuer
tebatur et ueniebat ad achis. Dixe
bat autem ei achis. Inquiem irruistis ho
die? Respondit dauid. Contra austrum
iuda et contra austrum iheramel et ad
austrum cini. Virum et mulierem
non uiuificabat dauid. nec addu
cebat in geth. dicens. Ne forte loqua
tur aduersum nos hec fecit dauid.
Et hi erat decretum illi omnibus die
quibus habitauit in regione philistinorum.
Cecidit autem dauid achis dicens. Mul
ta mala operatus es contra populum suum
israel. Erit igitur mihi seruus semperinus.

Factum est autem XXVIII
in diebus illis congregauerunt
agmina sua philistiim ut

pugnarent contra israel ad bellum. Dixit
ergo achis ad dauid. Scitus ne sito
quia mecum egredieris in castris tu et
uiri tui. Dixitque dauid ad achis. Ne
scies quid faciat seruus tuus. Et
ait achis ad dauid. Et ego custodiam
caput tuum ponam te custodem die
bus. Samuel autem mortuus est. pla
xitque eum omnis israel et sepelierunt
eum in ramatha urbe sua. Et saul
abstulit magos et ariolos de terra.
et interfecit eos qui phitones inten
tes habebant. Congregatique sunt philis
tiim et uenerunt et castra metati
sunt in sunam. Congregauit autem et
saul omnem israel et uenit in gel
boe. Et uidit saul castra philistinorum
et timuit et expauit cor eius nimis.
Consuluit dominum et non respondit ei
neque per somnium neque per sacerdotes
neque per prophetas. Dixitque saul suis
seruis. Quaerite mihi mulierem ha
bentem phitonem et uadam ad eam
et consultabor per illam. Et dixerunt
serui eius ad eum. Ecce mulier habens
phitonem in endor. Mutauit ergo
habitum suum. uestimentisque alis ue
stitus et abiit cum
duobus et uenerunt ad mulierem nocte.
et ait. Diuina mihi in phitone.
et suscita mihi quem dixero tibi.
Et ait mulier ad eum. Ecce tu nos
ti quanta fecit saul et quomodo exterminauerit
magos et ariolos de terra. Quare
insidiaris animae meae ut occidar.
Et iurauit ei saul in domino dicens. Viuit
dominus quia non eueniet tibi quicquam
mali propter hanc rem. Dixitque ei
mulier. Quem suscitabo tibi. Qui
ait. Samuelem suscita mihi. Cum
audisset mulier samuelem exclamauit
voce magna et dixit ad saul. Ne
quare imposuisti mihi? Tu es enim saul.
Dixitque ei rex. Noli timere. Quid